

IMPRIMERIE DE L'UNIVERSITE

CORRESPONDANTS
DE
J.F. BOISSONADE

III
—
N-Z

BIBL.
UNIVERSITE
MS.
1553



BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1553



MS
Fiches faltos





1874

1877



A.^m J. Valpy J. F. Boissonade S. P. D.

Georgii Burges, Cantabrigiensi, familiarissime ator -
Ille juvenis et literis Gr. singulariter imbutus - cum
vix undeviginti annos natus esset, editionem Trædwer
Euripidis divulgavit, mirâ sagacitate et acumine
et uberissimâ lingua copiâ refectam. Hunc tibi, vestra
Athenas visurum, etiam atque etiam commendo.
Facem ei protendas velim, quâ bibliothecas, præ-
sentem Regiam, visite, miretur, scrutetur.
'Scribe tui gregis hunc, et doctum crede bonumque.'

Nondum mihi licuit, improbo labore scilicet
occupato, prelo plagulam tui Tiberii, periculi
causâ, subicere. Quod tamen facere conatus
essem, si prius Burgesii consilium mihi inno-
tuisset. Ab intra paucos dies spero fore ut ad

id opus me accingam.

Quod mihi tuam Larchei notitiam misisti,
fecisti gratissimum - si non esse tuleris, hanc
in T^o Classical Journal inferre mihi est ani-
mus. Larcherus appime dignus est qui in
memoriam nostratum vivat.

Vale, vir doctissime, et in nostram
et republicae literarum rem conspice peregr.

Londini, Julii 27 -

A. S. 1814.

97
Rec. 23. N^o. 16 1818 Monck. Class. Jovian. t. 15. N^o. 29. 30. 31, bis.
Monck quitte Paris le
10. 7. 1817. —



Doctissimo et humanissimo Viro, J. Fr.
Boissonade, S. P. D. A. J. Valpy,

Bona tua venia, ^{tibi} per has literas virum
in primis lingua graeca doctissimum,
et palaeographiae peritissimum et in
literis humanioribus exercitatissimum,
Joannem Berkley Monck, etiam atque
etiam commendo. Quem si benigne,
ut soles, exceperis, et in Regia Biblio
theca fluvios graecorum MSS. reconditorum
prolueris, gratissimum illi, et mihi,
facies. Eo intentiore animo cum
tibi tuis officiis prosequendum trado,

quod et nobis eximium in Diario Classico
adjutorem se præbuit, et quod spero
fore ut uberissimo externarum literarum
fructu refectus, quæ illius est benevolentia,
nos auxilia magis magisque sublevet.

Liceat mihi iterum ad tuam opem
confugere; quidquid ex tuis adversariis
extrahendum concesseris, id nobis et
nostratibus maximo erit usus, nec
nos inmemores aut ingratos experieris.

Vale, vir eximie, et nobis, nostrisque
conatibus fave - 8^{vo} Cal. Nov. 1816 -